



**POLITICORVM  
LIBRI DECEM,**

in quibus  
**DE PERFECTA REIPVBL.  
FORMA, VIRTVTIBVS, ET VITIIS,**  
Institutione ciuim, Legibus, Magistratu  
Ecclesiastico, civili, potentia Reipublice;

Itemq;  
Seditione et bello, ad usum vitamq; commu-  
nem accommodatè tractatur

*Scriptore*  
**R. P. ADAMO CONTZEN SOCIETATIS  
IESU** Doctore Theologo, et S. S. Litera-  
rum in archiepiscop. Academia Maguntina  
Professore.

Ad inuictissimum  
**FERDINANDVM II. Imperat. August.**  
Permissu superiorum et Præuloy. S. C. M. l. a.

**EDITIO SECUNDA, AUCTIOR**

*Scriptoribus*  
**JOANNIS KINCKII**  
Bishopis Coloniensis.  
Sub Monasterio  
**M. D. C. XXIX.**

Lib. 2. De Religione.

Lib. 9. De Virtutibus Reip.

Lib. 3. De Institutione.

Lib. 6. De Magistratu.

Lib. 4. De Magistratu Ecclesiastico.

Lib. 7. De Magistratu Civili.

Lib. 5. De Potestate.

Lib. 10. De Bello.

Lib. 8. De Seditione.

fr. et wtepio.



FERDINANDO  
SECUNDO,  
IMPERATORI  
AVGVSTO, POTENTISSIMO,  
INVICTISSIMO,  
GERMANIAE, HVNGARIAE,  
BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE,  
SCLAVONIAE, &c. REGI.  
ARCHIDVCI AVSTRIAE,  
DVCI BVRGVNDIAE, STIRIAE, CARINTHIAE  
CARNIOLAE ET VVIRTEMBERGAE, &c.  
COMITI TIROLIS, &c.

ADAMVS CONTZEN à Societate IESV.

**H**V manorum operum, Imperator Auguste, maximum est, maximeque necessarium Imperium: neque enim potest sine iubendi ac parendi ordine genus humanum consistere; de- in DEI imago eminentissima est Princeps, qui immensam numinis maiestatem, mediâ quadam, inter Deum & homines, maiestate representat; quo- circa Deus etiam dicitur, quia Dei vicariatu sublimis est, & sa- cro sanctus. Principatus autem vim dignitatemque non opû apparatu, non honorum splendore, non Imperij latitudine, non satellitio aestimare oportet; sed altissimâ sapientiae Dei prouidentia, immutabilique decreto, quo vniuersum hoc gubernare instituit.

Cogitatione equidem & intelligentiâ nemo completi potest, vnde fit, vt tot hominum centena millia, quos inter pauci boni, multi alieni, superbi, contumaces, ac praefracti, vni homini sint dicto audientes. Cur munita vrbes, bellico- sae gentes, latissima regna, homini vni, etsi aliquando sapien- ti, & iusto, sape tamen vel aetate inualido, vel moribus depra- uato, natura verò conditione erroribus obnoxio, non pare- ant modo, sed opes etiam, quarum auarissima est tenacitas,



POLITICORVM  
LIBER PRIMVS.  
REIPUBLICAE CAUSA  
EFFICIENS, MATERIA,  
FORMA, GENERA.

CAPVT I.

*Scribendi de Republica causa.*

*Veritas  
vult  
esse  
liber.*



DOCTRINAM civilem mihi tradere instituenti paratam esse accusationem, atque de ipso titulo causam dicendam non ignoro: cuius animi honestis se conatibus maleuolorum semper suorum opponat, nec hoc seculo si

vitiorum, quam virtutum fons, vllus sine multorum obsecratione recte vel doceat, vel agere queat, mirum nemini debet videri, si his in disputationibus, quae non modo iudicijs, censuris, cauillationibus, reprehensionibus legentium, & scribentium, sed vindicta etiam regnantium, si erratum fuerit, obnoxiae sunt, dura iudicia, auersaque multorum animos sentiamus.

*Obsequium  
docentis  
boni viri.*

3. 3. Quatuor autem sunt, quae in ipso operis vestibulo, atque aggressu obices ponuntur. Primo enim religionis, in quam nomen dedit, professio, rerum secularium tractationem, illudumque vitare atque interdiciere penitus videtur. Quid enim tu, cui mundus crucifixus est, aut esse debet, mundanum ordinem Republicam? Cur tu, qui mundo crucifixus es (nisi religionem meminis) de cruce tua pendens leges regionis, & regni figis? Quae tunc in aula, in curia, in tribunalibus, quae etiam in seditionibus, & bellis esse partes possunt, quorum omnium tibi memoriam excutere auctor precandae, & sacrarum scripturarum studia debebant? Deinde periculose plenum opus alicui est, non modo leges praescribere dominantibus, sed & consilia, multa enim magis bona consilia steterunt. Quam vero facilis sit in hac causa, quamuis abicit culpa, & error, offensio: quicunque ignorat, is ad scribendam politicam nunquam idoneus est. Tertium. Nimum videtur superba, aut potius insana professio, velle docere senatum, Principes, Reges, Imperatores, Pontifices: obtemperare enim illis imperantibus, non imperij leges scribere boni civis est. Denique qui nulla vnquam Republica partem attigit, de Republica tamen administranda consilia, legesque scribit, Phormionis Ephesij arisionem effugere nunquam poterit: cuius autem unum sennu pulcherrimum Hannibal indicat, qui coram veterano, & multorum triumphorum imperatore, de metaeidis castris, insinuanda acie, praesidioque declamaret.

*Insuper  
doctrina  
coluntiam  
potestatem.*

Haud minor sane stultitia videtur, si mundi rectoribus, quos educatio ad imperium formauit, vltus exercuit, varietas euentuum eradicat, canices, & prudentia in maui, moderanda Reipub. rationem modumque obtrudat is, qui ne Formijs quidem, aut in Alpibus praetor fuerit. Si enim cunctis artibus, aut artilicibus maximum decus vltus venit, si experiendo tantum discitur, quam arduum, quam subiectum fortunae sit cuncta regendi onus; cur non consideras audientium personas, ne praes in istis, quam audiaris? Non vereris ne intempetua sapientia sit potentibus tadio, sapientibus ludibrio? Ego vero nequaquam illa vereror, nec profecto vereri debet, causas, te, quicunque hac lecturus es, animum perpende.

3. 2. Initio quidem de Regum, Principumque, ac subditorum mutuis officijs, obligationibus, ac vniuersae Reipublicae gubernatione tractare, & Societate nostra non modo alienum non est, sed ita illi proprium, atque connexum, vt minus hoc nec defugere, nec alteri delegare possit, modo constitutionum suarum normis, & patrum velligijs insistere porro velit. Scripturam Sacram, & vniuersam Theologiam Scholasticam priuatam & publicè interpretamur, at tam scriptura sacra, quam Theologia Scholastica Rempublicam accuratè format, nec pacis munus duntaxat, sed belli etiam iustè gerendi, vel omittendi rationem praescribit. Nec humana iudicia morantur, vbi diuinum oraculum nobis praesit, quod ad Sacerdotes, & Theologos Reges delegat; Deut. 17. 18. *Postquam fuerit Reges à Deo in solis reges sui, de scriber sibi Dentere in manu legis in volumine accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuitica tribus, & habebit secum. leyet q. illud omnibus diebus vite suae, vt descat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & sermones eius, quae in lege praecpta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexterae, aut vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.* Qui igitur scripturam explanat, de iure regni aequo, & iniquo, quale sit Reipub. proponitur, disputatione iustitiae debet, nec priuatis modo, & insipientibus, sed magistratibus etiam, & sapientibus debitor est, quicunque docendi manus publicum in se suscepit. Quod si reges audire, & discere iubentur, docere etiam Theologis conuenit. De regibus eorumque disciplina sic ipsa sapientia pronunciat, c. 6. 1. *Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens, quam fortis. Audite ergo reges, & intelligite, deserte in dices finem terra. Præbete auris vos, qui continetis multitudines, & placeat vobis in turbis nationum quor-*

*Sacerdotis  
officium est,  
docere sub-  
ditos & ad-  
ministrare.*

*Reges à Deo  
ad iudicium  
res mittuntur  
sunt docendi.*

*Principes  
pro amicitias  
indigent ali-*